imolauim9: eoq; diebus tribus mãſim9:
erat. n. tranquillitas. Quarta vero naui
gãtes abceſſim9. Hinc nos multis ex In/
ſulari pugna cadauerib9 obuiauimus: et
applicãtes corpora dimẽſi mirabamur:
Diebus aũt quibuſdã nauigauim9: mul/
ta aeris temperie vſi: Tandẽ violẽto ſe/
borea imittente: frigus magnũ ſecutũ
eſt: ſub eoq; totum glacie aſtrictum eſt
pelagus: non modo in ſuperficie: ſed et ĩ
profundum: et alte quantũ paſſus tre/
centi: vt deſcendentes ſuper glaciẽ cur/
ſaremus. Cum aũt ventus acrius incre/
beſceret: noſq; ſui vehementiam nõ tolle

raremus; tale quiddã fecim9. Qui vero in ea re ſententiam dicebat: erat Scinthą rus. Igitur in aqua ſpeluncã maximam fodientes; in eã latitauimus diebus tri/ ginta: ignem excitantes; ac nutriẽtes veſ cebamur piſcibus; ſiquidem fodiẽdo plu rimos inueniebamus. Vbi vero que ad comeatum erãt defecere: egreſſi infixã nauem euulſimus; danteſq velum trahe bamus vt nauigãtes molliter ac leuiter per glaciem delapſi. Quinta aũt die tepi diori aura inſpirante omne gelu deflux erat; iterumq fluctus ſucceſſere: glacie penitus ſoluta. Iam vero et ſtadia centũ exegeramus: cum ad Inſulam delati nõ adeo magnam: et eam deſertam: aquas hauſim9; iam enim defecerãt. Taurosq eo ſilueſtres duos arcu confecimus: ipſi autem tauri cornua non in fronte: ſed in ipſis habebãt oculis vt monio placuit.

Poſt non multū in pelagus deuenimus: nō iam aqueū: ſed lacteum: et in eo Inſula apparebat alba: referta vitib9. Erat aūt Inſula caſe9 maxim9 coagulat9: quēadmodū poſtea comedentes didicimus: eius circumferentia ſtadiorū vigiquiq;: Ipſe aūt vites vuis plene: quas coterentes lac: non quidem vinū bibim9. Templū aūt i medio erat Inſula galathee: nērei ſacrū. Sic.n. ex epigramate docebamur. Quoad igitur vſq; in Inſula conſedimus: eſca quidem nobis et cibus terra fuit. lac aūt ex vuis pot9. Regnare aūt regionib9 his dicebāt Tyrona ſalmonei, eum a Neptuno honorem accipiens: exactis aūt in Inſula diebus quiq;: ſexta egreſſi ſumus portū: pacato pelago: ac aura quadam impellente. Porro octaua die nauigantes: lacteum exceſſimus: iterūq; ſalſum ac ceruleū inſecantes: vidēmus homines multos ſupra mare decurrētes omīo nobis ſimiles: et corporibus et magnitudie: pter ſolos pedes: ſiqdē hos ſubereos habuer: Quare vti exiſtio

fellopodes appellati ſunt. Mirabamur aūt videtes nullaten9 demergi: ſ; fluctibus ſuper extare: intrepideq; incedere.

[illegible]

Qui et accedētes ſalutauerunt nos greca voce: Dicebāt aūt in fellonam eorum patriam properare: Commeabāt igit̄ nobiſcum: precurrentes certo viarū ſpacio Poſtea conuerſi: ab itinere abibāt felicē nobis nauigationem orantes. Poſt tp̄is nō multū et multe Inſule apparuere ꝓpe quidem a leua fellona: ad quā illi properabāt: vbi et Ciuitas ſup magno ſuber habitabat̄. Longe aūt et ad dextrā magis quinq; maxime Inſule et eminentes

Ignisq; ab eis aſcendebat multus: per p
rā autem vna lata et huilis diſtās ſtadiis
nō min9 quigentis: Iaʒ prope aderam9:
et mirabilis quedam aura ad nos pene-
trauit: dulcis et odorifera: quales hiſto
ricus herodotus a felici Arabia ſpirare
dicit. Aut tale nobis dulce afflauit: qua-
le a roſis narciſſis hyacintis ve liliis vio
lis mirto vel lauro redolere conſueuit.
Odore igit leti: bonūq; aliqd lōgis ex la
boribus preſumentes: iam Inſulam bre
ui ſpacio propinquam ſpectabamus: hic
et ortos videmus plurimos latos et ma
gnos: nitentiaq; flumina leuiter in mare
prumpere: prataq; et ſiluas: ac canoras
aues: aliquas quidem per litus canētes:
multas autem ſuper ramos. Aer autem
leuis ac placide ſpirans e regione circum
fundebatur: et aure quedam alacres ſpi
rantes leuiter ſiluam mouebāt: eoq; mo
tu letuʒ ac continuū quoddā modulamē
ſibilabat ſimile oblique fiſtule: i deſertiſ
locis modulanti. Audiebatur tñ clamor
et applauſus: vt commixte multitudiniſ

non tumultuans: ſed qualis in conuiuio q
buſdam quidem ſonantibus: aliis aũt ex
ultantibus: ſimul ac fiſtula; vel cithara
modulantibus. His illecti deferebamur
in portum egreſſiq; nauem: Scintharũ
in ea: et ex ſociis duos dimiſimus: proce
dẽtes aũt per flores pratũ: in cuſtodes
incidim9: et miniſtros: qui nos roſeis vi
ciẽtes viculis: Id eñ apud eos maximũ
eſt viculũ. Ad principẽ adduxere: a qui
bus et per viã intellexim9 eam beatorũ
Inſulam appellari: regnareq; in ea creti
cũ Radamãtem: Ad quẽ vbi adducti fui
m9. ſtetim9 in ordie iudicãdorũ quarto
in loco. Erat aũt prima cauſa de Aiace
thelamonio: an illi in heroũ numero eẽ
liceat: an vero nõ: Accuſabatur aũt q fu
riis actus ſe ipm necauerit. Deniq; mul
to prius habito ſermone: viſum eſt Ra
damãti tradeř illũ Hippocrati Eoo me
dico helleborum bibiturũ; indeq; iã me
lius ſapientem in heroũ conſeſſum reci
pi. Secũda aũt cauſa amoris erat The
ſey. ſcꝫ: ac Menelai: p helena certãtiũ cui

nā illa cohabitare debeat. Et Radamas quidem cū Menelao iudicauit: qui et cō iugi huius gratia tantis olim laboribus ſeſe implicuerit ac periculis. Etenim ipſi Theſio alias eſſe mulieres. Amazonez ſcilicet: et Minois filias. Tertia vero de primo accubitu Alexandro ſcilꝫ phi lippi filio: et hanibali Cartagineſi: Iudi catumq̃ eſt Alexandū precedere: ſibiq̃ ſedes poſita eſt apud Cyrū pſem primū In quartam autem cauſam nos adducti ſumus. Et is quidem interrogauit: quid nā paſſi eſſemus: q̄ iam viuentes ad ſa crū illū cetū deuenimus. Nos aūt cūcta illi ex ordine enarrauim9. Tum nobis paululū e loco ſubmotis: diu ī cauſa pēſi tabat: eaq̃ ſociis ſecū aſſidentibus cōmu nicabat. Cōſedebāt.n. cū eo et alii quidē multi: tum et ante illos Athenienſis Ariſtides: cognomento iuſtus. Cui ubi placuit: decreuere cū moriemur: ſubire et nos iudiciū debere: penderēq̃ Iudica tum peregriuationis huius: et nr̄i ad ſa crum locum aduētus gratis. Nūc vero

pretaxato tpe licere nobis i Inſula apud
heros verſari; inde abire. Preſcripſere
et receſſus terminum: non amplius q̃
menſes ſeptem. Tum florum ſertis:
quibus antea nos deuinxerant; ſolueba/
mur: ac in vrbem ducebamur: ad beato
rũ cõuiuium. Ipſa quidez Ciuitas omnis
aurea: murus aũt ſmaragdo lapide con
ſtructus. Porro hui9 porte ſeptẽ ſunt:
ſimplices qdez monolignee cinamomee
pauimẽtum vero Ciuitatis et intra mu
ros terra eburnea. Omnium deorũ tem
pla berillo lapide conſtructa; et altaria
i eis maxima: vno e ſimplici lapide Ame
tiſto ſingula: vbi et diis imolãt; per ciui
tatem vero fluuius defluit vnguẽto op
timo: hui9 latitudo regaliũ cubitorũ cen
tũ. altitudo vt comode nare poſſes: por
ro apud eos balnea: q̃ thermas dicũt: do
m9 magne ſũt vitree: cinamomo ſuccẽſe
pro aq̃ ros tepidus in aenis verſatur. V
tũtur autem veſtib9 purpureis tenuiſſi
mis: vt aranee filis cõtextis. ii. corpora
nõ habẽt: et inpalbiles ſunt abſq̧ carne:

formam autem et effigiem ſolã habent ac oſtẽdũt. Incorporei tamen cũ ſint ſtãt mouentur: intelligunt: voceq̧ emittũt. Omninoq̧ ſimilis videtur eorũ anima: vt nuda quedam corporis ſimilitudinẽ circũdata. Si quis aũt non tetigerit: non credet: quod videtur non eſſe corpus. Sũt enĩ vt vmbre recte nõ nigre. Seneſcit nemo. ſed ea manet etate qua ſe eo cõtulit. Deniq̧ hic nuſq̃ eſt nox: neq̧ clariſſima dies. ſ; quale crepuſculũ eſſe ſolet: iã aurora apparẽte ante orientẽ ſolẽ talis lux terram habet. Quare et vnum ſolum tempus anni nouere. ſemper enĩ ver eſt: vnuſq̧ ventus ſpirat zephirus. At vero locus cunctis quidem floribus manſuetis plãtis et vmbroſis viret. Que illic ſunt vinee duodecies annis ſingulis florent: duodecies vuas reddunt. Mala vero granata ac mela: ceteraq̧ pomifera ter decies dicebant. Siquidẽ lune vt videtur curſu germinant: annoq̧ in xiii. lunas diuiſo: ter decies reddunt. Pro frumẽto vero ſpice ĩ ſummitate pa

tum panem omittũt: vt fungos eſſe vi-
demus. Fontes ſunt per Ciuitatẽ aque
quidem quinqꝫ et ſexagita ac trecente:
mellis aũt totidem. vnguenti quingẽti:
Verum et ii. minores ſunt: flumina la-
ctis ſeptem: et vini octo. Conuiuium au-
tem celebratur foris Ciuitatem: in ely-
ſio campo. Etenim paratum eſt pulcher-
rimum: idqꝫ circum omni arborum ſpe-
cie conſitum: vmbram diſcũbentibus ex
ſe proferens. Lectũ autem ſubſternũt
e floribus. Miniſtrant quidem ac cũcta
afferũt venti: preter vinum miſcere.
Siquidem eo non indigent. Nam ad mẽ-
ſarum circuitũ arbores ſunt vitree ma-
gne emicãti vitreo: Harũ fruct9 calices
ſunt: omni ſpecie operis ac magnitudĩs.
vbi aũt quis ad conuiuiũ penetrauerit.
vnũ vel ex calicibus duos vindemians.
menſis apponit: iiqꝫ confeſtim replenẽ:
Pro ſertis vero yrũdies muſiceqꝫ volu-
cres: ceter flores e proximis pratis ore
legentes: cum cantu circa ac ſupra volã-
tes: infra demittunt: diſcũbentib9 odo-

rem ſuauiſſimum ingerẽtes. Ceterum denſe nubes: vnguentum combibentes e fontibus ac flumine: ſopraq̨ conuiuiū ſparſe: prementibus vẽtis: leniter vt te nuiſſimum rorem diſtillant. Muſice et cantilenis maxime vacant. Cantantur āūt in primis Homeri verſus: ipeq̨ Homerus adeſt: cum hiſq̨ conuiuat: ſupra vlixem diſcumbens. Igitur et chorece ſunt e pueris ac virginibus. Ducunt autem choreas et concinunt Eunomus lacrus: Arion leſbius: et Anacreon: et Steſicorus. Nam et hunc apud eos vidi: iam ſibi helena reconciliata. Vbi autem ii quieuerint: ſecunde choree accedunt: e Cignis: Phylomenis: ac yrundinib9. Poſt has iam tota ſilua modulatur: ducentibus ventis: idq̨ maximum ad leticiam hñt: fontes duo ſunt circa conuiuiū: vnus quidem riſus. Alter leticie ac voluptatis: ex ambobus his principio oẽs bibunt: in conuiuio nihil omnino prius deguſtantes. Reliquū exinde leti ac ridẽtes exigūt. Volo et ex inſignib9 viris

quos apud eos vidi dicere: Omnes qui-
dē ſemideos: qui et ſub Ilio militauere:
preter Locrēſem Aiacem: illum ſolum
dicebant in impiorum loco mulctari.
Barbarorum autem vtrumq Cyrum:
Scytemq: Anacharſim: et Tracem Ha
molxim. Numamq Italicū: necnō et la
cedemonēſem: Licurgum: et Focionē:
et Tellum Athenienſes: et preter Pe-
riandrum ſapiētes omnes: vidi et Socra
tem Sophroniſchi: cum Neſtore. et Pa
lamide verſari: circa quem hyacinct9 la
cedemonius: vt Theſpiſeus narciſſus:
et Hylas: aliiq boni: videbatur autē ad
hyacinctu3 magis deflecti: et id multis
argumentis. Dicebant aūt Radamante3
ſibi iraſci: minariq ſepe numero: velleq
illum a ſacra Inſula excludere: ſi ſtulte a
liquid admitteret: neq obmiſſa temeri
tate conuiuari velit. Solus plato non ad
erat: ſed fictam ab eo Ciuitatem inhabi-
tare dicebant: vtentem policia et legib9
quas ipſe conſcripſit. Qui quidem circa
Ariſtippum et Epicurum erant: pri-

mi apud eos habebantur : cũ leti eſſent et alacres: et ad bibendum paratiſſimi. Aderat et Eſopus frigius: et quotquot ad riſum facile mouent . Dyogenes quidem ſinopeus tantum a priſtina vita mutatus erat : vt coniugio meretricem Laydem acciperet : quiq; ſepe numero ab ebrietate ſurgens nutabat. Stoicorũ autem aderat nemo : adhuc enim aſcendere dicebantur erectum virtutis collem . Audiuimus et de Chryſippo : nõ primum ſcilicet illi licere in Inſulam aſcendere : in ſe prius expurget : helleboro quater accepto. Achademicos dicebant velle quidem venire : continere ſe tamen et conſiderare : neq; tamen cõprehẽdere an ne illa Inſula talis ſit. Sed vt coniector Radamantis timuere iudicium : quoniam et ipſi iudicia demoliri conati ſunt . Ex horum numero dicebant commotos eſſe plurimos : vt vna cu; his qui veniebant: et ipſi accederẽt : ſed vt degeneres defeciſſe in via : timentesq; ne forte comprenderentur media

ex via repedaſſe : Ii quidem inter pre
ſentes digniſſimi erant: et in primo ha
bebantur loco : Honorant autē Achil
lem maxime : et poſt hunc Theſeum
Quod vero ad coitum et venerem per/
tinet : commiſcentur mulieribus indiffe
renter palam et cunctis ſpectantibus :
idq; nullatenus putatur turpe : So/
lus Socrates iurat ſe eo mundum eſſe
et quidem ſcientibus cunctis peierat :
Idq; ſepe numero Narcyſus et hyacin/
ctus confitentur. Ille autem negat : Fe
mine ſunt omnibus communes: nemoq;
complici inuidet : Sed ſunt in hoc vel
maxime platonici : Ipſeq; femine volen
tibus ſe exhibent : minime reluctantes.
Nondū due aut tres dies exacte erāt :
et accedens ego ad Homerum poetam :
cum ambobus ocium eſſet : et alia qui/
dem plurima : tum et vnde eſſet roga/
bam. Id enim dicens : apud nos queri
ſolere : vſq; in noſtrum tempus : Is aūt
neq; ſe ignorare inquit : quoſdam eum
chium : Aliquos Smyrneū: multos co/

reū autumaſſe. Eſſe autem ſe dixit Ba bilonium et apud quidē mltos nō Home rū: ſed Tigranē nominatū eſſe: poſtre mo apud grecos cū obſes haberetur. de nominationeʒ priſtinā amiſiſſe. Ceterū carmina que a multis reprobata ſunt: in terrogabam: an ne ab eo conſcripta fue rint: Is autem cuncta ſua eſſe dicebat. Spernebam ergo Zenodotū et Ariſtar chum grammaticos: et illorum loquaci tatem. Vbi autem hic abūde mihi ſatiſ fecit: iterum illum interrogabam: Qua re ab Achillis ira principium ſumpſerit: Sic enim inquit mihi in mentem venit: nihil ſolertius cogitanti. Tum et illud: An Iliadem poſt odiſſea conſcripſerit: quod mlti affirmare volūt. Is aūt nega uit: neq̧ vnq̄ ſe cetum fuiſſe affirmauit: quod de eo multi etiam fabulari volue rūt: protinus eo confabulatoribꝰ illis fi dem ſubtraxi. videbat. n. neq̧ adeo cre dendum: ſed videndū erat. Sepe et alias id: aut tale aliquid faciebam: ſi quādo va caremus. Accedens enim interrogabā:

iſq; ex aduerſo prōpte ac vrbane reſpon debat: maxime poſt cauſam: ybi vicit. Erat aūt libellus couiciorū cōtra eum la tus: a Therſite: q huc in ſuo poemate ſpreuit gippū deſcribens eū claudū: ſtra bū capiteq; protracto: deniq; ab Vlixe mulctatum: vicitq; Homerus: vlixe orā te: eiuſq; cauſa; defendēte. Secūdū id tē poris aduenit et Pythagoras ſamı9: ſep ties mutatus: qui et in tot animalib9 vix it: tunc ei; primū anime errores finiuit iudicatūq; eſt recipi in ſacro cetu. Dubi tabat aūt et adhuc: an ſe Pythagorami: vel potius Euforbium appellaret. Em podocles quidem et ipſe venit: ſed circū coctus: ac totū corp9 exuſtus: nō tamen receptus eſt: q̄q̄ id multis cum precib9 poſtulaſſet. Procedente autem tēpore: ſtatuerūt agones: quos thanatuſia: ideſt mortalicia vocant. Certauit Achilles quinquies: Theſeus ſepties: Et alia qui de; cuncta longū eſſet enumerare: ſum mā aūt geſtorū ſcribā: Iterū vicit Cyr9 qui ab Hercule deducitur Vlixem: pro

corona decertans: pugillaris equalis fuit. Ario egiptio: qui in Corintho ſepultꝰ eſt: et Epio mutuo ſe vrgētibꝰ. Ludi autem quem pancratum vocant: apud illos premium non ponitur. Porro curſu certantiū: non plene memini quis vicerit. Poetarum ſane vt verum fatear: ſuperabat Homerus. vicit tamen Heſiodus. Brauia omnibus erant corone cōnexe ex pauonum pennis. Certamine quidem iam pridem perfecto nunciatum eſt: qui in impiorum loco mulctarentur: proiectis a ſe vinculis: et cuſtodibus ſuperatis: per Inſulam irrumpere: Duceſqꝫ illorum eſſe Phalarim Agrigentinum: et buſyrim Egiptium: Tracemqꝫ Dyomedem Stironem: et Pityocampem. Vt vero hec audiuit Radamas: ſtatuit heros ſuper littus: Duceſqꝫ erant Theſeus et Achilles: Aiaxqꝫ Thelamonius: iam dū ſapiēs cōmittenteſqꝫ manū: pugnauerunt. Tandem heroes Achille multis quidem dignIꝰ et glorIſius pugnāte: conflixerūt:

Conflixit et Socrates in dextro ordina
tus latere; multo clarius: q̃ cum iuueĩs
apud Delium pugnauit. Etenim quatu
or ex hoſtiũ numero irruentibus in eũ
non fugit: ſed vultu intrepidus cõſtitit.
Cuius in poſterũ rei gratia brauiũ pul-
chrum ac magnum delegerunt: ortum
ſcilicet ante Ciuitatem: vbi ſodales et a
micos conuocans; diſputabat necracha-
demiam: ideſt mortuam achademiaꝫ lo
cum appellans. Comprendentes eos
qui victi fuerant: et vincientes: remiſe-
runt multo durius: puniendos. Scripſit
et hanc pugnam Homerus: abeuntiqꝫ
mihi libros dedit: ad noſtros hoĩes de
ferendos: ſed hos in poſterum: tum et
reliquam ſuppellectileꝫ amiſimus. Erat
auteꝫ poematis iniciũ. Pande defuncto
rũ bellũ mihi ſemideorũ nunc dea. Tuꝫ
vero fabas excoquentes: quemadmodũ
lex apud eos eſt: vbi bello ſuperaue-
rint: comederũt victricia dona: feſtoſqꝫ
dies exegerũt: ſolꝰ Pythagoras cõuiuio
omnino defuit. Stabat enim longe: Ieiu

nus ſedens: eſumq; fabarũ grauiter fe-
rens. Iam vero menſibus ſex exactis:
ſeptimoq; mediante: noua res: caſuſq;
inſperatus contigit. Siquidem Cyna-
ras Scynthari filius: cum procerus: tũ
et in primis pulcher. de Helena multo
iam tempore deperibat. Ipſa autem nõ
obſcure trahebatur: adoleſcentem amãs.
nutibus in conuiuio agebant: adinuicẽq;
bibebant: ſoliq; eſurgentes: errabãt per
ſiluam. Tandem cum exarderet Cyna
ras: potiriq; poſſe deſperaret: conſuluit
Helenã rapere: Idq; itez et illi videbat:
Abeũteſq; ad aliquã proximarũ Inſula-
rũ ꝓficiſci: aut in fellonã: aut in Tyro
nã: addiderũt et huic cõſilio coniuratos:
meis e comitib9 tres audaciſſimos ac ro
buſtiſſimos. Et patri quidem ſuo id nõ
indicauit Cynaras: vtpote quid videba
tur rei impedimento fore. Igitur rem
ex ſentencia perferunt: Vbi enim nox
aduenit: Ego autem non aderam:
ſed contigit me in conuiuio diſcumben-
tem dormire: Ii clam alijs Helenam:

accipientes: in pelag9 delati ſunt : Me/
dia vero nocte excitans Menelaus; vbi
vacuum thorum ſenſit: clamorez magnū
emiſit: fratremq; ſecum arripiens; con/
citus venit ad Regem Radamantem :
Porro illucente iam die: retulere ſpe/
culatores nauem ſe videre : non longe
diſtantem :Quare aſſumens Radaman
tus ex herois quinquaginta : compulit
in ligneam nauem aſcenderem aſſodoli/
nam :iuſſitq; predones inſequi : At qui
dez ii perſequētes:et certe ax animo: cir
ca meridiem comprehendunt eos : tunc
primū in lacteum oceani pelagus: ſecus
tyronam immittentes : roſeiſq; catenis
cōnectentes nauem : regreſſi ſunt. Ipſa
quidē helena lacrimabatur ; erubeſcenſq;
operiebatur latitans; vultu in ſinum de
miſſo . Radamas autem perſcrutatus;
ſi forte ex meis alii cum Cynara inter/
fuiſſent : vt nullum dixere : Cynaram
ac coniuratos ſuos :a verecundis vinciēs
miſit in impiorū locum . malba primum
duriter flagellatos . Decreuit item et

nos ante pretaxatū tps excludere: ſucce
deti tantū die in Inſula moraturas. Hic
ego dolebā: et lacrimis ꝑfuſis angebar:
ꝙ ego bona queq͡ȝ amittēs: iterū errare
cogerer. At illi contra vnum ſolamen
adhibebant: ꝙ eſſem eo non poſt multū
temporis venturus: Iamq͡ȝ mihi futurū
oſtendebant ſedem et locum meuȝ: opti
mis quibuſq͡ȝ proximum. Accedēs ergo
ad Radamantem: orabā iugiter: vt que
mihi erat futura prediceret: quaq͡ȝ ſit fu
tura nauigatio oſtenderet. Is autem
inquit: in patriam me affuturum: mul/
tis primum erroribus ac periculis ver/
ſatum. Regreſſus autem tēpus addere
noluit: ſed contiguas oſtendēs Inſulas:
Apparebant autem numero quīq͡ȝ: et a
liā ſexta remoti9: has iuxta inſulas inqͦ
eſſe impiorū ſedes: a quibus vides ignē
plurimū aſcendere: Sexta autem illa re
motior: ſomniorum eſt Ciuitas: poſt hāc
et Calypſone eſt Inſula: ſed neq͡ȝ iā tibi
videtur. Poſtremo vbi has preterlabe/
ris: deuenies in magnam illā terram: et

quam habitatis ex aduerſo poſitam: vbi multas paſſus: variaſq; pretergreſſus nationes: innumerabileſq; inter hoīes peregrinatus: tempore tandē certo in alteraꝫ applicabis terram. Hec vbi dixit: euellens e terra malbe radicem quandā pretendit mihi: huic iubens orare: ſi quādo maximis ī periculis verſaremur: Admonuit autem ſi tempore tandē in hanc rediremus terram: neq; igneꝫ gladio cedere: neq; lupinis veſci: neq; quadragenarie: aut eo annoſiori femīe inherere: horumq; ſi memor inquit fueris: ſpem habe cui ad Inſulā reditus. Tunc equidem que mihi ad futurā nauigationem ſuppeditarent paraui. Cum vero tempus erat: conueſcebar illis. Succedenti quidem die accedens ego ad Homerum poetam: orabam: vt ipſe mihi bimetrum faceret epigramma. Quod vt fecit: Columnam beryllī lapidis: erigens: ſupra portum inſculpſi. Id aūt tale erat.

Lucianus diuis hec vidit cuncta beatis:

Carus et hinc ꝓpriam contulit in patriã
Manens autem et die illa; ſequẽti aſcẽde
bam: comitantibus herois. Hic mihi et
Vlixes accedens: clam Penolope epiſto
lam dat: in ogygiam Caliþſone Inſu-
lam deferendam. Transmiſit et mecuꝫ
Radamas tranſuectorem Naupliuꝫ: ne
quis nos comprehenderet: ſi forte ad
Inſulas laberemur; vt aliis pro merci-
b9 nauigãtes. vbi vero procedentes odo
riferum aera reliquimus; repente fe-
tor quidem peſſimus ſuſcepit nos: vt
bituminis ſulfuris: et picis ſimul ardẽ
tis. Nidor autem erat ingratus: et
intollerabilis: vt aſſatorum hominum.
Aer erat turbidus: et caliginoſus: ſtilla-
batq; ab eo ros: vt picis gutte. Audieba
m9 et flagellorũ ſonitũ: multorumq; ho
minũ fletũ. Ad ceteras qdẽ ñ acceſſim9
Ad hãc vero diuertẽtes; deſcendimus:
eaq; talis erat. Circum omnis ĩ preceps
et arrida: aſpera: petriſq; et cautib9 hor
rida. Arbor aũt nulla: neq; aqua inerat:
Hos tñ applicãtes per precipicia illa: in

viamq̨ quandã ſemitã ingreſſi :ſemibus ac tribulis plenam;plurimã terre illius vidimus deformitatem . Procedẽtes au tẽ ad carcerũ et penarum loca :primum quidẽ loci naturam admirati ſum9;ͤteĩꝫ omne ſolũ gladiis quibuſdam ac tribulis efferbuerat.Circũ aũt flumina decurre bant:vnum quidem lotabri:et id tetrũ. Alterum aũt ſanguinis:Porro in interi oribus tertium videbatur igneum.Idq̨ magnũ apprime et imenſuꝫ:defluebatq̨ vt vnda:ac maris more fluctuabat.Ha bebatq̨ etiaꝫ piſces:et multos igneis tor ribus ſimiles : paruos vero carbonibus ignitos:quos lychniſcos ideſt lucerneos vocant: Aditus ad cuncta illa vnus erat et is art9:terribilis ac penalis :portitor ſtabat timon Athenienſis:ingreſſi tamẽ Nauplio ducente:videmus eos qui ĩ pe nis erant .et quidem Reges multos :inferioreſq̨ alios plurimos:eorũq̨ et ali quot nouimus. Vidimus et Cynaram; fumo ſuccenſum :a pudibundiſq̨ ſuſpen ſum . Appoſuerant et hiſtorici ſupra

cuiuſq; vitam; inſcribenteſq; et peccata quibus mulctantur; maximaq; omnium pena afficiebantur: qui vitas et aliorum mores inſcribentes: mentiti ſunt. veritatem obſcurantes. Inter quos Ceſias cnidius: et Herodotus erat: aliiq; multi. Hos ego aſpiciens: bona ſum ſpe cōfiſus vtpote qui mihi eram conſcius: nullatenus in meis ſcriptis mentiri. Otius igitur ad nauem accelerās: neq; .n. amplius viſum ferre poteram. Valeq; Nauplio faciens abceſſimus.

Poſtq̄ non multū et ſomniorum Inſula penes apparuit: iſtabilis ac inſerta viſu. Habebat autem et ipſa ſomniis aliquid ſimile: ſecedebat enim accedentibus nobis: et ſubfugiebat longiuſq̄ euadebat. Cōprendētes eam tamen: et in portum delati: quem ſomniū vocāt: penes eburneas portas: q̄ Galli tēplū inerat circa veſperam deſcendimus. Tum in vrbe3 ſuccedentes: ſomnia quedam multa ac varia vidimus. Primum quidem volo de Ciuitate ipſa ſcribere: quando quide3 antea de hac nemo ſcripſit: niſi forte homerus: accurate vt potuit. Hanc quide3 circum et vbiq̄ ſurgit ſilua: arbores autem ſunt papauera ardua: et mandragore: et has ſup veſptilionū multitudo: ea ei3 ſola ales ī Inſula gignit. Flumē aūt iuxta defluit: quod myrtiporū. i. in nocte trāſitū appellant. Sec9 portas fōtes duo ſcaturūt: hiſq̄ nomina. vni quidem Negeit9: ideſt ſoporea: Alteri vero pamirthia: quod totius noctis quietem poſſumus interpretari. Ipſa aūt Ciuitatis me

nia ſublimia: variaqȝ iriqȝ color ſimillima Porte quidem non due ſunt: vt Homero placuit: ſed quatuor. due quidem deſidie: et molliciei campū reſpiciūt. Vna ferrea: altera e cornu facta: hiſqȝ terribilia ac mortifera ſomnia efferūtur. Due aūt ad portū et mare: vna quideȝ teſtea Altera aūt eburnea: qua nos vrbē igreſſi ſumus. Introeunti aūt in Ciuitatem A dextris quidem eſt noctis ſacellū: vbi et deos honorant. Colunt quippe et Gallū maxime: illicqȝ ſecus mare phanū eſt. In ſiniſtra aūt ſomni Regia: eteniȝ is apud eos regnat. In medio autem foro fons quidem ineſt: quē Careotiȝ vocāt: quod capulentum poſſumus dicere. Iuxtaqȝ delubra duo: deluſionis ſcȝ: ac veritatis. Vbi et penetrale eſt: et cōtina. Eoqȝ ꝓphetās inerat Antbipo ſomniorū ſimulator. id honoris a ſomno accipiēs. Sōniorū aūt neqȝ natura eſt eadem: neqȝ effigies. Sed alia quidē procera et pulcra: ac ſpecie multa. Alia aūt minora. Quedam parua et deformia: et alia quideȝ aurea

vt videbatur alia ĩ deos: alioſq; huiuſmo di ornata. Horum nos plurima nouim⁹ a nobis olim viſa: que et ad nos procedẽ tia ſalutabant: vt nota ac domeſtica: Ab hiſq; vbi hoſpicio ſuſcepti ſumus: diſcum bentes luculenter quidem et vrbane ho ſpitati ſumus. Poſtero die inſtaurare: ac apparatum ſtruere: et quidem opulẽ tiſſime: polliceriq; nos Regem et ſatra pas facere. Quedam vero detulere nos in patriam: domeſticiſq; noſtris oſtende re: vnaq; die retulere. Triginta dies ac totidem noctes eo loci conſedimus: iacẽ teſq; maxime ac dormiẽtes veſcebamur.

Poſtmodū vero cum e celo repente ful men quoddā diſrupiſſet: fragore excita ti: ac plurimū turbati: receſſim9 primū depaſti. Tertia exinde ad Ogygiam In ſulam delati deſcendebam9. Hic ego pri mū epiſtolam ſoluens: que intro ſcripta erant perlegi. erant autem hec.

Vlixes Calypſone ſue Salutem: Nolim te ignorare: poſt meum abs te diſceſſu; que me inuenerit mala. Siquide; vt pri mū egreſſus nauiculā qua vehebar: vt potui reparaueram: repente me hiēs et naufragiū comprendit: vt vix euaderē apud Leucothe;: inpheacorū Inſulam: vbi hoſpicio recept9: ſcitū eſt mihi mul tos vxoris ꝓcos in mea domo ad volup tatē nutriri. quos vbi omnes confeci: tā dem et ipſe a Telegono nato mihi ex Circe mortē occubui: et nūc in beatorū ſum Inſula. maximeq; doleo: olim deſe ruiſſe eam: quā apud te habebam cōuer ſationem: et porrectā abs te īmortali tatem. Vbi igitur tempore cōcedetur: effugiens ad te veniam.

Ea in ſe epiſtola cōplectebatur: noſqꝫ vt hoſpitaretur. Ego autem procedēs amari parūper: antrū inueni: tale quale Homerus dixit: et ipſam quidem ſqualidaꝫ ac merore plenam. Vbi vero epiſtolam accepit: ac legit: primū lacbrimis illam cōpleuit. Tum nos ad hoſpitiū orauit: vbi ornate ac abunde diſcubuimꝰ. Tum inter epulandū illa in primis multa rogauit: Penolopes qualis in ſpecie erat: et ſi caſta: quemadmodum de illa Vlixes delirauit. At nos ſibi ea retulimus: que ad leticiā eſſe poſſent. Tunc abeūtes: ſecus nauē in littore obdormiuimꝰ.

Mane autem aſcendentes : ferebamur acrioribus iam deſcendentib9 vētis: diebuſq; duobus hiemem multam paſſi : incidimus in Colochintios pyratas . Homines enim ſunt ii adeo feroces : e vicinis Inſulis predantes: quotquot eo nauigantes tranſeunt. Naues autem magnaſ habent: cucurbiteas: longitudine cubitorum ſexaginta. Vbi enim cucurbitam eſiccant: exeterantes exhauriunt: et que intra ſunt egerentes: nauigant . Malis quidem Arundineis: cucurbitarum aūt folio carbaſi loco vtentes . Igitur ii ꝓris ad nos deductis : erant.n. numero qui geminas vrbes impleſſent . pugnabant e noſtris complures vulnerantes: ſeminibus cucurbitarum ad nos iactis. Cominus autem et acriter et violēter pugnabant.

Circa meridiem vero poſt Colochitos
pyratas caryos nautas aduentare vide/
mus. Hoſtes autem erant hi: vti experi
mento didicimus. Nam vt eos adeſſe: et
poſt tergū vrgerē Colochintii ſenſerūt:
confeſtim ſpretis nobis conuertebant ꝛ
inuicemq; pugnabant. Nos autē iterea
attollentes velum: vtroſq; effugimus ꝛ
deſerētes eos certātes. Et maifeſte qdē
Caryorum naute victores futuri erāt ꝛ
vtpote qui plures ꝛ quinq; etenim vrbi/
um multitudo erat: et a fortioribus na
uibus certabant. Erant enim his naues
nucum conche per mediuȝ diuiſe euacua
te: Magnitudo autem cuiuſq; conche in
longum paſſuum quindecim.

Vbi vero ab his ſeceſſimus: et ſublatuꝫ mus curare eos qui vulnerati erant: ceteram autem turbam armis accingere. Semper. n. nobis inſidiari quopiaꝫ timebamus. neqꝫ adeo in vanum. Nec dum enim ſol occuberat: cum ecce ab deſerta quam Inſula aduerſum ferebātur in nauem· vt viri viginti: delphinibus inſidētes latrones etenim ii: Delphines quidē inſilientes: aduehebant hos tute: ac īmobiles equiſqꝫ ſimillimi infremebant.

Cum autem e proximo aſtetiſſent: hinc quidem alii: et alii illinc cedebant nos: ſepiis et cancrorum oculis ad nos miſſis Igitur nobis contra et ſagittis et iaculis

vtentibus:non ſuſtinere:ſed maxima ſu orū parte vulneribus ſaucia:ad Inſulam confugerunt.

Circa mediam vero noctem:cum iā mi teſceret mare:latitauim9 nido Alcyonis omnium maximo allabentes. Erat aūt huí9 circumferentia ſtadiorū ſexaginta: vbi et Alcyon ales cubans inerat: ouaq; fouens:et que euolans:paulomin9 nauē obruit:alarū vento impulſam. Ibat igit fugiens:et flebile quoddam inſonans. Nos autem illucente iam die: deſcendē tes:intuemur nidū; vaſte naui ſimilem. maximis ex arboribus congeſtum: In quo et oua erant quingenta:iam quidē et intro pulli apparebant clamitantes.

Securibus igit̄ ex ouis vnum diſrumpē
tes: pullum nudum et abſq̄ plumis egeſ
ſimus ingentem: ac vulturibus viginti
maiorem. Vbi vero nauigantes a nido
vt ſtadiis ducentis ſeceſſimus: prodigiis
quibuſdam magnis ac mirabilibus per/
culſi ſumus. Siquidem theniſcus qui ad
proram erat: ſubitis plumis pennatus
apparuit: et exclamauit. Porro guber/
nator Scintharus caluus iam dudum: ac
canus: repentina ceſarie capillatus eſt: et
quod omnium mirabilius ipſe malus na
uis germinauit: ramiſq̄ productis: ī ver/
tice fructum edidit. ficus ſcilicet et no/
uos botros: non ſane maturos. Que vt
vidimus: merito exhorruimus: depre/
cabamurq̄ deos: vt a fantaſmatis huius
nouitatē nos alienos faceret.

Nondum et quingentos ſtadios exege-
ram9 cũ videm9 ſiluam maximã: et cõſi
tam pinis cypariſſiſq;. Nos qdẽ in pri
mis ſuſpicati ſum9 illã terrã eſſe: Id aũt
erat pelag9 et abiſſ9 arborib9 vlla abſq;
radice ſupra plantis: ip̄e tñ arbores ſta-
bãt recte. et ĩmobiles: ac nauigãtib9 ſimi
les. Igitur ſecus aduecti: oẽʒ exploraba
m9 locũ: quidue acturi eſſem9: in dubio
verſabamur. Neq; enĩ nauigare ĩtra ar
bores facile erat cõdẽſis illis ac cõtiguis
adiuicẽ ſe habẽtib9: neq; retro dare vi-
debatur. Ego aũt aſcendens ſupra maxi
mã ex arborib9 ſpeculabar vlteriora: q̃
mõ ſe habebãt. Et ſiluã quidem videbaʒ
per ſtadia quingenta aut eo ãplius conti
neri: aliũq; exinde oceanum ſuccedere:
Et nobis profecto viſum eſt: nauẽ ſupra
ſilue (denſiſſima quideʒ erat) cacumẽ
attollere: perq; arborũ comas nauigare.
tandemq; ad alteruʒ oceanuʒ applicare
poſſe. Igit̃ nauẽ magna cũ arũdine circũ
ligãtes: et in nemoris denſitatem aſcen-
dẽtes: vix illã hauſim9: ſupraq; ramorũ

frondeta deponentes: pandentes vela: vt in mari nauigabam9 vento ĩpellente aeri. Hic et mihi in mentem venit Antimachi poete dictũ. Dixit eĩ ille quodã in loco: his autem qui ſuper ſiluarũ frõdeta nauigantes: adueniunt. Magno tñ cum conatu: ſiluã ſuperantes: in alterũ peruehimus pelagus. Tum nauẽ ſimiliter demittẽtes: ſecabamus iã puros et lucidiſſimos fluct9: quoad delapſi ſum9 ad hiatũ quendã et abyſſum maximum aquis hinc inde diſtantib9: quale ĩ terra ſepe videmus: aut maximo eſtu: aut terre motib9 euenire. At quidem nauis deponentib9 nobis vela: facile ſtetit: q̃ paulomin9 decurrẽs in voraginẽ illam cõciderat. Intuẽtes aũt videm9 profundũ penitus: quaſi ſtadiorũ mille tremendũ valde et mirabile. Stabant enim aque vt diuiſe: et ad dextram nõ longe pons ex aquis compactas; duo maria ſecũdũ ſuperficiem coniungentib9: ab alteroq̃ in alterũ mare decurrẽtib9: Adlabẽtes igitur remis: eo deferimur: multaq̃ vi-

innixi pontem ſuperauimus: ac traieci-
mus: et quidem preter opinionē: ꝙ nul
latenus ſperaremus. Hinc nos ſuſcepit
pelagus: placidum ac mite. Inſulaq; non
magna fertilis et ad acceſſum facilis.
Hanc autem homines icolebant bucefa
li cornua habētes: quale apud nos mino
caurum fingunt. Deſcendētes igr̄ pro
cedebamus: aquas hauſuri accepturiq; &
alia que ad cōmeatū (iam enī deferat:
eſſent ſi forte poſſem9) et aquas qdē;
iuxta adinuenimus. Aliud autem nihil:
et qdem cum circumſpecularemur. Nō
lōge tamē mugitus multus audiebatur:
Quom aūt id bonum armentū eſſe pu-
taremus: confeſtim accedentes homies
offendimus: qui et ſimul videre nos: et
inſecuti ſunt: et tres quidem e comitum
comprendere: ceteri vero ad mare con
fugim9. Hic nos vbi oēs armis accincti
fuimus: neq; .n. probauim9 ſocios deſpi
cere vt multos: irruimus in bucefalos:
inter fectorū carnes dilniātes: cūctoſq;
magno cū clamore in fugā compulim9.

Et quinquaginta quidem ſtrauimus. du
os autem comprendimus illeſos: ad na
uemq; conuerſi: captiuos trahebamus.
Porro que ad cõmeatum eſſent nullate
nus inuenimus. Et quidem alii ſuadebãt
comprenſos interfici. Ego auteꝫ non ꝓ
baui: ſed vinctos illos cuſtodie traden-
dos cenſui: donec ad nos bucefalorũ ora
tores deuenire: captiuos ipſos redemp
turi. Intelligebamus autem eos nutibꝰ
agentes: et flebile quid neſcio mugien-
tes oranti ſimiles. Porro que pro redẽ
tione erant offerebant caſeos: et eſiccos
piſces multos: et ceruos quatuor: tres
quemq; habentem pedes: duos quidem
retro: qui verò anteriores erant: in vnũ
concreuerunt. Accipientes igitur eos
captiuos dimiſimus: vnaq; tantum exin
de die ſubſidentes receſſimus.

Iam et nobis piſces apparebant: et aduo
labant aues: aliaq; multa proxime terre
ſigna. Poſt non multũ et homines vidi-
mus: nautice nouo quodam modo dedi
tos: Ipſi quidem naute et nauis erant.
Dico et nauigationis modum. Cũ enim
ſuper aquam reſupini iacerent: erigẽtes
verecunda: que et magna ferunt: et in
velum extendentes manibus: vt pedeȝ
tenebant: ac incidente vento nauigabãt.
Alii autem poſt hos ſuberibus inſidẽtes
duoſq; delphinos vna iungentes: habe-
nis gubernabãt: curſuq; inſequebantur:
ii accedentes neq; offendebant nos: neq;
inimice inſectabantur: ſed decurrebant
ſine timore ac pacifice noſtre nauis figu
rã admirati et circũ vndiq; conſpectãtes

Veſpere aūt iam facto: ad Inſulā delati ſumus: habitabatur aūt a mulierib9 ut putauimus: greca lingua loquētes: Acceſſerunt enim: et datis dextris: ſalutauerunt nos amice admodum et ornate: oēſq pulchre et adoleſcētule: tunicaſq trahentes ad terram vſq delapſas: Inſule qdem nomen Caualuſa: Ciuitati aūt Hydamardia. Igit mulieres ſuſcipiētes nos: quelibet ad proprios abiit lares: hoſpicioq recepit. Ego autem paululum ſubſtans: non eiꝫ mihi ipſi bona prenoſticabar: diligentiuſq circumſpiciēs: video multorū hominū oſſa: teſtaſq iacentes: et clamorē quideꝫ emittere: ac comites conuocare: ad armaq ſecedere non probaui. Ad manus autem malbam habēs: orabā iugiter a preſenti malo euadere.

Poſt non multum hoſpita miniſtrante:
vidi illius cura non mulieris:ſed aſini vn
gulas. Tunc ego gladiū educens: apprē
do hanc: vincienſq; omnia percūctabar.
Illa aūt et ſi inuita dixit ſe ipas eſſe mari
timas feminas onoſceleas nūcupatas: ci-
bumq; eis eſſe aduentātes illuc hoſpites
Vbi aūt inquit inebriauim9 eos concum
bētes etruncam9. Hec vbi audiui: illam
quidē dimiſi eo deuinctā: Ipſe autē ego
ſupra tectū aſcendens: clamabā: comi
teſq; cōuocabā. Qui vbi cōuenere: enar-
rabā illis cuncta: oſſaq; oſtendebā. Tū
exterius deuinctā educēs: ea cōfeſtim ī
aqua verſa: et inuiſibilis apparuit.

Volēs tñ experimēto capere enſem : in aquā cōdidi: is vero ſanguis effect9 eſt ; Vbi vero ſequens dies illuxit: proſpiciētes terrā : cōiectura intelligebam9 eam eſſe ; que huic noſtre in aduerſum adiacet. Inclinātes igit̄ ac odorātes: que futura nobis eſſent; mente cōtēplabamur . et qbuſdā quidē ſolū deſcēdere videbat̄ : iterūq; remeare ad nauē. Quib9dā vero nauē eo deſtituer̄ : ſupraq; mediterraneum aſcēdere : et incolarū mores ac vitā tēptare. Interea dū hec cōferrem9: hiēs nimius ac violētus turbo in nauē icidēs: ad littus diſiecit ac diſrupit. Nos vero vix enauim9: arma ſecū quiſq; : ac ſiquid potuit arripiens. Hec qdē igit̄: que ad aliā vſq; mihi terrā cōtigere: in mari : ac inter nauigādū in Inſulis: in aere: indeq; in ceto: vbi vero egreſſi: peſtē illā euaſim9: que apud heroas et ſomnia: ac deniq; apud bucefalos: et onoſtelas: cetera aūt que ī terra ſubſequētib9 libris āplectar.

Finis ſecundi libri.

BIBLIOTHEQUE NATIONALE R.F.

Tabula quiternorū et foliorū libri Luciani de veris narrationib9 tranſlati ex greco in latinū per Liliū caſtellanū ad honorem Veren. in xp̄o pr̄is dn̄i Latini Card. de vrſinis apoſtolici camerarii.

Primum vacat
Luciani
obſcura
et ſi vna
Eſt qui
loco vulturibus
hinc nos
horum autem
Interea
quidem eo
talla vt lana
nauigantes

Piſcium oſſibus
preter Trito
ventes
interea
Tum panem
quos apud
ex via r̄pedaſſe
hiſq; ex aduerſo
Poſtq̄ nō multū
vt videbatur
ea in ſe ep̄rá
circa meridieȝ
vtentibus

Cōpletū et ipreſſuȝ ē pn̄s opuſculū i Ciuitate Neapol' p Arnaldū de Bruxella die vi° Marcii. M° CCCC° LXXV° regnāte ſereniſſimo dn̄o Ferdinādo Sicilie et cetera Rege Anno ſui regni decimo octauo.

R. F.